

inspecturis volumus esse notum, quod de consensu Gunczelini prepositi, Engilberti decani, specialiter magistri Petri de Vriberg infra scripti loci *archidyaconi*) tocusque nostri capituli, tractatibus aliisque solempnitatibus necessariis precedentibus, volentes regulam sancti Benedicti ampliare et ob hoc expectare premium retribucionis eterne, ecclesiam
 5 parrochiam in opido Grimme nostre dyocesis sitam cum omnibus iuribus et pertinenciis suis quibuscunque monasterio sancte Marie in Nymzzeni ordinis sancti Benedicti pleno damus sive concedimus iure, unimus annectimus seu incorporamus. Vicarius pro tempore, qui secularis persona esse debet et ydonea, per abbatissam est instituendus et iuxta ipsius arbitrium mutandus; accessum altaris recipiet ab archidyacono loci predicti et ob hoc
 10 eidem faciet obedienciam debitam et consuetam visitacione racione visitacionis procuracione correctione cohercione ac omnibus et singulis iuribus sibi in aliis suis plebanis aut eorum parrochiis competentibus ipsi archidyacono specialiter expresse ibidem reservatis. Et ut predicta donacio archidyacono loci preiudicialis non existat et synodalibus suis non defraudetur, institutus in ipsa ecclesia unum fertonem usualis argenti archidyacono in
 15 festo beati Michahelis singulis dabit annis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum nostrique capituli et magistri Petri dicti loci archidyaconi presentibus sunt appensa. Et nos Gunczelinus dei gracia prepositus, Engilbertus decanus totumque capitulum ecclesie Merseburgensis predictae nec non magister Petrus archidyaconus loci predicti ad exprimendum consensum nostrum premissis liberaliter accessisse sigilla nostra presentibus
 20 duximus apponenda. Testes sunt venerabilis pater Withigo episcopus Nuemburgensis ac honorabiles et strennui viri Iohannes plebanus, Henricus plebanus in Parda, Fridricus de Bor, Petrus de Lessenic et quam plures alii fide digni. Actum et datum anno domini m° ccc° xxx° nono feria sexta post festum nativitatibus beate virginis.

327.

25 *Albrecht der Aeltere, Burggraf von Leisnig, verkauft seinen Besitz im Dorfe Windisch-(Klein-) Bothen mit der Gerichtsbarkeit und allen Rechten an das Kloster Nimbschen gegen Zahlung von 19 Schock Groschen und Abtretung zweier Mühlen nebst Gärten in Mutzschen und der dortigen Zinsen, sowie gegen das Versprechen, alljährlich für seiner Vorfahren und nach seinem Tode auch für sein eigenes Seelenheil ein Jahresgedächtniß zu halten.* 1341 Sept. 2.

30 *Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 2895. Das S. des Ausstellers an Pergamentstreifen; für das fehlende zweite S. sind Einschnitte im Pergament vorhanden.*
Ann.: Vergl. No. 325.

Nos Albertus senior burgravius de Lizenic — cupimus fore notum, quod cum matura deliberatione dilecte conthoralis nostre Sophie ac Alberti et Meneri carorum filiorum
 35 nostrorum et omnium heredum nostrorum villam, que vulgariter Wyndischen Batin nuncupatur, venerabili domine Elizabeth abbatisse et suo conventui in Nympschen iusto vendicionis titulo cum omni iure et utilitate, honore et iudicio tam in ipsa villa quam in